



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

72. In eodem Festo, tripart. Cantantibus organis Cæcilia decantabat in corde suo, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

naulum; ideo asperge illud aqua gratiæ tuæ divinæ, purifica cruoris tui immaculati conspersione, sanctifica olei sancti unctio, & thymiamatis odoriferi concrematione & oblatione, ut nihil confusions ultra in eo remanere valeat, nihil nisi acceptissimum Tibi in odorem suavitatis in eo reperiat.

Lect. 72. tripart.

DE EODEM FESTO.

Cantantibus organis, Cæcilia decantabat in corde suo, &c.

De organis ingratiarum musicorum.

Solent Musici S. Cæciliam ut Patronam sibi specialem eligere, ejusque diem festivo concentu celebrare, eo quod de illa Officium Ecclesiasticum habeat: *Cantantibus organis, Cæcilia in corde suo decantabat &c.* Hinc etiam depingi solet S. Cæcilia organis ludens. An tamen musices ipsa perita fuerit, & organa, sive instrumenta musica, propriis pulsant digitis, non est exploratum. Hoc enim tantum significat, quod ex Ecclesiastico Officio adducitur, prophanam lætitiā (ad quam excitabat musicos organorum concentu in nuptiis suis cum Valeriano) à se rejecisse, deprecando in corde suo Dominum, ut auxilio sibi foret ad conservandam virginitatem interemeratam cordis & corporis. Recte tamen ei organa attribuntur, & ea pulsans depingitur, quia sic erans corde confidenti & in cælum erecto, adimplebat illud: *Laudate eum in chordis & organo, laudate eum in sibilis bene sonantibus, laudate eum in cimbalis jubilationis.* Extentæ erant cordis ejus chordæ, & bene sonabant, & resubabat sonus in cor Christi, jubilabatque spiritus ejus per confidentiam & charitatem Dei. Et hic est scopus & finis omnis cantus, omnisque musices, quæ in Ecclesia adhibetur, sive fiat per voces, sive per instrumenta & organa. Hinc illud monitum Apostoli: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine D. N. I. Christi Deo & Patri.*

Psalm. 150.

Ephes. 5.

Organum varie sumitur.

Organum ad aptatis.

Neque carent mystica significatione instrumenta varia ad concentum exhibita. Ac imprimis, si loquamur de Organis occasione Sanctæ Cæciliæ, sciendum quod organum est quandoque nomen generale, ita ut significet omnia vasa & instrumenta musica. Quandoque specialiter accipitur pro instrumento musico, quod multas habet fistulas sibi invicem ordinatas & flatu follium sonat. Quid vero mystice significat, nisi Ecclesiam, quæ multas complectitur personas diversis gradibus virtutum sibi invicem ordinatas, quæ follium inflatæ sonum emittunt? Quid enim per folles ventum & spiritum immitcentes insitu-

las, nisi Sacramenta Ecclesiæ, quibus gratia effundetur in Ecclesiæ membra: accipimus? Adverte quoque, quod fistula quanto est exiguior, tanto acutiorem sonum reddit: quia quodlibet Ecclesiæ membrum, quanto humilior est, tanto acutiorem & gratiorem sonum in Dei aures mittit. Quid est ergo laudare Deum in organo, nisi Deum laudare per diversos Ecclesiæ gradus? Alium modum laudis habere debet Prælati, alium subditus, alium clericus, alium secularis, alium conjugatus, alium castus. Et sic de singulis. Ita incognitus explicans Psalmum ultimum.

Item Sanctus Augustinus in Psalm. 136, per orbem terrarum intelligit prædicationem verbi divini, & mysterium prædicationis sanctæ Scripturæ. Explicans enim illud: *In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra, sic ait:* Habent organa sua civitates Ierusalem, Scipituram sacram, promissa Dei, præcepta Dei, meditationem quandam futuri seculi. Sed cum agunt in medio Babylonis, organa sua in salicibus ejus suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, ut non possit aliquid boni intelligi de salicibus, alibi forsitan potest. Intelligit ergo hic ligna sterilia nasci super flumina Babylonis, nullum fructum ferentia. Sic sunt homines avari, cupidi, steriles in omni opere bono, qui ita sunt civitates Babylonis, ut etiam ligna sint illius regionis, quia ex istis voluptatibus rerum transcurrentium nascuntur, tanquam rigata fluminibus Babylonis. Quaris fructum, & nusquam invenies. Quando tales videmus, & tam eos steriles invenimus, ut difficile appareat in eis aliquid, unde possint duci ad fidem rectam, vel ad bona opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad concupiscentiam liberationis à captivitate mortalitatis, avertimus faciem: & licet scripturas novimus, eis tamen non dicimus eas, quia nullum fructum invenimus in eis, unde incipiamus. Tunc ergo dicimus: Adhuc istis non sapiunt, quia quidquid dixerimus, sinistra & ad versus habebunt. Ergo differendo circa eos scripturas, suspendimus organa nostra in salicibus. Non enim dignos habemus, qui organa nostra possint. Non ergo eis organa nostra inferendo alligamus: sed differendo suspendimus. Hæc S. Augustinus.

Secutus est S. Augustinus S. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 6. ubi eundem versum Psalmistæ explicat in hoc eodem mystico & morali sensu. Audi ejus verba: *Infructuosæ quidem sunt arbores salicem; sed tamen tantæ viriditatis sunt, ut arefcere, vel abfcisse radices & projectæ, vix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate reprobis designantur: nisi enim sancti electorum vitam pro constantia suæ viriditatis experimerent, nequaquam de Ecclesiæ filiis Propheta dixisset: *Germinabunt inter herbas sicut salices juxta aquas.* Sanctæ enim Ecclesiæ Filii inter herbas sicut salices germinant, dum inter arefc-*

centem



centem vitam carnalium hominum, multiplici numero sitate, & perpetua mentis viriditate perdurant. Qui bene iuxta aquas germinare perhibentur, quia uniuersique eorum ubertatem fructuum percipiunt ex doctrina sacri eloquii, quæ temporaliter percurrunt. Et rursum, nisi per sterilitatem salicium vita peccantium signaretur, nequaquam ex voce prædicantium contra Babyloniam diceretur: *In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra.* Babylonis in medio salices esse dicuntur, quia infructuosi quique atque ab amore cœlestis patriæ alieni, totis visceribus cordis in hac sæculari confusione radicantur. Vnde & Prædicatores sancti in istis salicibus non exercent organa, sed suspendunt; quia cum infructuosas mentes ac reprobas aspiciunt, vim prædicationis suæ non exhibent, sed potius lugentes silent. Hæc S. Gregorius conformiter S. Augustino.

Lib. 33.
Moral. 2. 6.

Apoc. 14.
Vox virginum similis sono citharæ.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

Iob. 30.

Quæ d' similitudo organi citharæ.

Porro sicut Organum, sic & Cithara recte posset attribui S. Cæciliæ, quia vox virginum dicitur similis. *Vox Citharæ dorum citharæ tantum in citharis suis.* Dicitur autem similis sono citharæ. Primo, quia suavissima est in choro cœlesti vox virginum cantantium canticum novum: & iustarum citharæ dulcisonæ cantu suo demulcent Deum, Angelos & Sanctos. Secundo, quia sonus citharæ significat virtutum omnium in virginibus consonantiam, inquit S. Hieronymus in cap. 16. Isai. v. 11. Virginitas enim circumcincta est aliis omnibus virtutibus, humilitate, charitate, prudentia, fortitudine, & aliis; & quasi in medio chori est in medio ceterarum virtutum. Tertio, *Citharæ significant pectora fidelium, in quibus per fidem musica cœlestis inhabitat,* inquit Rupertus. Fides ergo comparatur citharæ, & quia sola fides non sufficit ad salutem, hinc extendi debent in ea chordæ mandatorum Dei, eæque tractari & pulsari manibus, id est, operando & exequendo perfici & impleri, ut integra fiat harmonia. Denique, chordarum in cithara distinctio & sonus significat distinctionem & mortificationem carnis, quæ mater & nutrix est virginitatis, ideoque suavissime sonat in auribus Dei, Audi Sancti Gregorium lib. 2. Moral. cap. 31. explicantem illud.


Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Quærit Sancti Gregorius ibi, quæ sit distinctio in mythica significatione Organi & Citharæ? Respondet autem his verbis: *Quia organum per fistulas, & cithara per chordas sonat, potest per citharam recta operatio, per organum vero sancta prædicatio designari. Per fistulas quippe ora prædicantium, per chordas vero citharæ intentionem recte virtutum non inconveneriter accipimus. Quæ dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara per instrumentum admirationem sonat. Secatur enim chorda, ut congruè in cithara sonum reddat, quia & sancti Viri castigant & jejuniis excruciant corpus suum, & servitium subiciunt, atque ab inferioribus ad superiora tendunt.* Ita S. Gregor. loc. cit.

An non hæc omnia S. Cæciliæ apte conveniunt? An non ipsa cum cantu suavissimo sequitur Agnum decantans canticum novum? An non in cimbalis bene sonantibus, in cimbali jubilationis, cum, dum in hac vita ageret, laudavit, & nunc jugiter laudat cum Angelis? An non virtutum omnium in ipsa reperitur & consonantia & harmonia? An non studuit semper carnis mortificationi & distentioni per cilicium & jejunium, ut sic suavitatem melos Deo & Christo suo decantaret? Vtique gerebat cilicium in carne, & dum cantantibus foris organis, ipsa intus in corde suo decantaret: *Fiat, Domine, corpus & cor meum immaculatum, ut non confundar,* lungebat ergo sonum interioris suæ citharæ cum sono exterioris organi, & musicam cœlestem componebat & deprimebat, Deo & Angelis gratissimam, suavissimamque.

Vitam eam imitentur omnes Musici, omnesque Cantores, dum in choro congregantur ad laudes divinas decantandas. Vitam inquam, non solum voce, aut instrumentis, sed etiam, & maxime, corde canere inveniatur immaculato. Vitam bene attendant illud: *Cantate canticum novum, bene psallite ei in vociferatione.* Canticum novum apud Hebræos idem est quod canticum jucundum & suave. Vitam in auribus Dei jucundus sit cantus Ecclesiasticorum, bene ei psallendo, & vocem efferendo, non solum corporis, sed & cordis: *Non clamor, sed amor pulsat in aure Dei.* Sed multi reperuntur vociferantes corpore, taceres corde & mente. Audi monitum Hugonis de abul. Claustr. In Ecclesia, cum ad Officium Dei cantandum ventum fuerit, humilitatis honestas diligentius observetur, cum in Ecclesia in conspectum Dei venimus, deteriores efficiamur. Sunt enim quidam, qui mente vagi, oculis attoniti, habitu dissoluti, plana parietum prospicientes perlustrant; aliud cantant, aliud cogitant: in choro sunt corpore, sed in foro mente. Sunt etiam alii cantores voce dissoluti, qui vocis suæ modulatione gloriantur, aliud cantant, quam libri habeant Ecclesiastici, forsitan ut magis placeant populo, quam Deo. Qui sic cantant, non cantant in choro cū Maria sorore Moyses, sed in Palatio cum Herodiade, ut placeant dilectumbeantibus & Herodi, Delectantur in altitudine vocis, sed nemo altius cantat eo, quem Dominus audire consuevit de monte sancto suo. Nemo dulcius cantateo, cui Dominus inclinaret aurem suam. Esto igitur cantando in valle humilitatis, ut in monte sancto audiri merearis. Si sic cantas, ut ab aliis laudem quæras, vocem tuam vendis, & facis eam non tuam, sed aliorum. Habes cantando in potestate vocem tuam, habeto etiam animum tuum. Frangis vocem tuam, frange & voluntatem. Servas consonantium vocem, serva & concordiam morum, ut per exemplum concordies proximo, per voluntatem Deo, per obedientiam Magistro. Hæc Hugo.

Psal. 32.

Ad cantum divini officii quid observandum.



322

Cantus
Ecclesia ad
quid in-
ventus.

Cantus da-
ralis & fi-
guralis.

Patroni
Muscorum
& **Canto-**
rum S. Leo
& **S. Caci-**
lia.

Psal. 113.

Psal. 143.

Ufus Mus-
ica **semper**
in Sacris
fuit.

Itaquã hic dicendum, quod cantus Ecclesiasti-
cus ad hoc primo inventus & ordinatus fuerit, ut
voce sonora laus Dei exprimeretur, & qui audi-
unt, ad eandem laudem cum devotione excitaren-
tur. Et hoc verũ est, siue loquamur de cantu cho-
rali, siue de figurali. Choralem vocamus, qui uni-
formiter suas notulas profert & mensurat, qui
& alio nomine vocatur Gregorianus, planus &
antiquus cantus à Gregorio & Ambrosio & ver-
teribus excultus. Quapropter & hi Cantorum
Patroni vocari debent, & ab his coli. Figura-
lem vocamus eum, qui mensuram & notarum
quantitatem variat, pro signorum ac figura-
rum inæqualitate, cum decremento & incre-
mento prolationis. Ideo & alio nomine mensu-
ralis cantus dicitur, varias mensuras ac figura-
as admittens. Est vero utriusque usus, tam
in mutis per se instrumentis, quam in viva
hominis voce. Atque etiam hunc excoluit Pon-
tiffex Leo II. de quo sic legimus: *Leo II. Pon-*
tiffex Maximus, Stultus, humanis & divinis literis
Græce & Latine doctus, Musici etiam eruditus fuit.
Ipsè enim sacros Hymnos & Psalmos in Ecclesia ad
meliozem concentum reduxit. Ita Breviarium Ro-
manum 28. Junii. Potest ergo & ipse, non minus
quam Sanct. Cæcilia, invocari & coli ut Patro-
nus Muscorum & Cantorum. Ipse laudavit De-
um in Hymnis & Canticis, & alios idem facere
docuit. Laudare autem Deum, est, grãtiã agere de
acceptis beneficiis, tam in universalis redemptionis,
quam in particulari sanctificatione nostra
& justificatione tendente ad glorificationem, in qua
innumera continentur beneficia. Quapropter hic
dicere convenit illud: *Cantabiles mihi erant justifi-*
cationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Quoties er-
go tentatio superatur, vitium subjugatur, aut im-
minens periculum declinatur, aut laqueus insidi-
andis deprehenditur, aut vitiosa & inveterata
animæ passio, peccatũ sanatur, aut multum cupi-
ta & petita virtus tandem Dei munere obtine-
tur, toties personat gratiarum actio & vox lau-
dis benedicatũque Deus in singulis donis suis.
Ingratus, alioqui est, qui non potest tunc Deo
dicere: *Cantabiles mihi erant justitiæ tuæ, in loco*
peregrinationis meæ. Hæc omnia ad justificatio-
nem animæ ordinantur, & id incrementum justiti-
æ Christianæ, & præceptorum observationem
integram, propter quam dictum est à Propheta:
In Psalterio decachordo psallam tibi. Quod enim
Psalterium decachordum, nisi observatio decem
Præceptorum?
Addamus, quod & Musica, siue voce humana,
siue instrumentis resonans, non solum ad demul-
cendas aures, sed & ad effectus erigendos, &
ad harmoniam animi efficiendam aptissima sit.
Quapropter omni ætate Musicæ usus fuit in Sa-
cris, non ut inutilis voluptas & ludus, sed ut can-
tu animi redderentur tranquilliores, excitaren-
tur ad cogitandam harmoniã divinæ gubernatio-

nis flecterentur ad motus aptos doctrinæ celestis,
denique ut ipsa sententiæ efficacius moverent ani-
mos, cum accederet cantus.

Notum est, quod cum Prophetæ spiritum in se-
ipsis excitare volebant, psallendi peritum jube-
bant psallere, ut suavi invitata dulcedine spiritua-
lis infunderetur gratia. Sic de Elisæo dicitur,
quod cum in seipso spiritum propheticum excita-
re vellet, dixerit: *Adducite mihi Psalterium.* Cumque
canceret Psalter. *facta est super eam manus Domini,*
& prophetavit. 4. Reg. 4.

Notandum quoque est, melodia fugari solitum
spiritum malignum à Saule per Davidem. Sic enim
habemus: *Quandoque Spiritus malignus arripiebat*
Saulem, & tollebat David citharam, & percutiebat
mann sua, & Saul levius habebat, & recedebat ab eo
Spiritus malus. Sane magnam vim ad sedandas pas-
siones, tam animi, quam corporis, in esse concen-
tui musico multis exemplis posset probari. Consequenter
etiam valet ad compescendum agitati-
onem, qui passionibus istis & humorum commo-
tionibus se ingerit. Dicendum tamen hic, quandam
specialem vim Deum indidisse Canticis Davidis
psallentis & pulsantis citharam, tum ex materia
laudis divine, quam ejus resonabant Cantica, tum
ex eo quod votis & precibus sacris intercederet
David pro Saule. Immo Eucherius hæc de reser-
dicit: *Ipsè puer in cithara suaviter canens, malignum*
spiritum compescuit, non quod cithara illius tanta
virtus inerat, sed quod figura foret Crucis Christi,
que de ligno & extensione membrorum mystice gere-
batur, ipsaque Pestis cantabatur, & illa jam tunc
Damoni spiritus opprimebatur. Vide de hac citha-
ra fule locognitum in in Psal. 32. Vide quoque de
multitudine Cantorum & Muscorum in antiquo
Templo, 1. Paralip. cap. 2. & ibi Interpretes, ac
specialiter Barradium in Evangelia, Tomo 2. lib. 4.
cap. 54.

PRO FESTO S. CATHARINÆ MARIÆ Lect. 71.
tyris & Virginis. bipartita.

Angelis suis manda vit de re, ut custodiant te. Super
aspidem & basiliscum ambulabis, & conculca-
bis leonem & draconem, Psal. 90.

MOS increbuit in Israel, ut quotannis filiz Introdu-
Israel convenirent in unum, & plangerent ctio.
filiam Iephte, Ducis populi: Quia cum Pater ex
voto illam immolaturus esset Domino, petierat
ipsa, ut duobus mensibus posset montes circum-
ire cum sodalibus suis, & plangere virginitatem
suam. Quod & ei concessum fuit à Patre; *Exple- Indit. 11.*
tis quæ duobus mensibus, reversa est ad Patrem suum,
& fecit ei sicut voverat.

Mos non ab similitate invaluit in populo Christia-
no, qui Israel est secundum fidem, ut Virgines
quotannis conveniant cum pietate in sacris feriis
Vir-